



FRANC.

HOTMANI

IVRISCONSULTI

Auctoris

Samuelis

Opus vero cum expurgatione permissum.

Tomus Tertius

Complan Pimentel

Quorum pleraque nova, quaedam
renouata & aucta.

Adiecti sunt singulis tractatibus Indices singuli,
rerum verborumq; memorabilium.

Caralogue librorum & aliorum qui spectant

Está regon el expurgado del año del 100.

D. Luis Muñoz



EXCUDERANT

Hæredes Eustathij Vignon, & Iacobus Storr.

del Colegio m.^o D. C. de Cuenca





Typographus Lectori.

BENEVOLE LECTOR, *Prodierunt dudum ac nuper Francisci Hotmani Clarissima memoria I.C. opera plurima, quibus & Iurisperdientia & humaniorum literarum studia mirum in modum iuuit: Et quia (ut erat vir indefessi ingenij) reperta sunt nonnulla qua annis aliquot ante obitum suum ille conscripserat, hac ipsa Ioannes filius V. Cl. in bonum publicum collecta, & ordine conuenienti digesta, lucem etiam aspicere voluit. Cum igitur iam prouinciam suscepissemus, omnia tandem opera in tres tomos distribuere placuit. Priores quidem duo ad Ius Civile pertinent, Tertius prater libros de Iure Regni Gallia & Antiquitat. Roman. alterius argumenti nonnullos alios complectitur ut titulus unicuique praefixus indicat. Porro quia hac qua iam primum eduntur ex ipsius auctoris autographo pleraque omnia eruta sunt, nec fieri potuit quin frequentes ob notas & lituras, in multis aberratum sit, veniam praefari visum est, ad quam impetrandam hoc etiam (ni fallor) valebit quod per id tempus absuit à nobis Ioannes filius, cuius industria ut in conquirendis ita in expurgandis paternis schedis plane necessaria erat, Si Deus volet prodibit cum tempore altera editio & auctior & emendatior. Salue & interea hoc nostrum institutum aequi bonique consule.*

Tom. 3 * ij





IOAN. HOT. VILLERIVS,

Lectori S.

Libellum hunc probarunt omnes cordati homines patriæ amantes, & benè de mente constituti. Vnus aut alter histrio, adfentator aulicus, mercede conductus visi sunt adspernari, nisi sunt oppugnare. sed frustra: tanta vis est veritatis, tam perspectus etiam animi candor, & probata probitas & eruditio eius viri, qui patriæ ac posteritati libellum istum, imò se ipsum dicauit, & vt ita dicam, totum penè deuouit. Præcipua horum criminatio hæc fuit, quòd ex hereditario, vt vocant, regno electiuum facere conatus sit. Verùm, qui non libri principium, sed finem etiam legere volet, facile animaduertet; non fuisse hoc auctori propositum, neminem verò hoc seculo acriorem patriarum legum vindicem extitisse: quippe, quem tanta animi contentione ac tam felici animi successu, ex ipsis Franciarum legum fontibus & maiorum nostrorum institutis ius regie successionis nuper à regni perduellibus impugnatum adseruisse constet, quod ex duabus isti libello subiectis Disputationibus cuius perspicuum est: quarum altera Leges omnes de regia successione à nemine antea expositas continet: altera verò controuersiam illam nobilem de successione inter patrum & fratris filium. Quàm absurdum autem est hoc modo ratiocinari, dicam, an calumniari: quia Hotmanus narrat ex historijs antiquos Gallie reges carpento bobus tracto ad comitia regni quotannis deduci solitos: barbam & comam aluisse: clypeo in inauguratione eleuari consueuisse: præfectis palatij negocia regni plerumque permisisse; ociosos interea domi mansisse: inter filios verò regum ita fuisse regnum diuisum, vt tot essent quandoque regna quot filij: hæc, inquam, & alia id genus innumera ab auctore propterea commemorari, vt in vsum reuocentur? Similiter profectò faciunt, cum ea quæ ex veteri historia de successione vel Merouingica vel

FRANC. HOTMANI IVRISC. DE ANTIQVO IVRE REGNI GALLIÆ, PRÆCIPVE QVO AD AVCTORITATEM COMITIORVM,

LIBER I.

*De statu Gallie priusquam à Romanis in Pro-
vinciam redigeretur.*

CAPVT I.



GOGITANTI mihi de Gal-
lia nostra institutis, quan-
tum ad vsu Reipub. nostræ,
de horum temporum op-
portunitate satis esse vi-
debitur, conscribere: prin-
cipio exponendum videtur,
qui Galliæ status fuerit, an-
tequam à Romanis in Pro-
vinciæ formam redigeretur. Nam quæ de gentis
origine & antiquitate, de bellicis laudibus, elo-
quæ studio, regionis situ & natura, privatorum-
que moribus apud Cæsarem, Polybium, Strabonem,
Amianum & reliquos scripta extant, nota sunt
omnibus; mediocriter quidem etuditis. Pleraque
Galliæ (inquit Malle Cato Censorius in Origini-
bus) duas res induitiosissime persequitur: rem mi-
litarem, & argutissimè loquor. Intelligendum est igitur,
eo tum statu Galliæ fuisse, ut neque vniuersa
vnius Imperio regeretur neque singulæ ciuitates
vel in populi, vel in Optimatū potestate essent: sed
ita diuisa in Ciuitates Galliæ vniuersam fuisse,
ut pleræque optimatum consilio regerentur: quæ
Libertæ dicebantur: ceteræ Reges haberent: om-
nes quidem hoc institutum teneret, ut certo anni
tempore publicum gentis conciliam agerent: quo
in concilio quæ ad summam Reipub. pertinere vi-
debantur, constituerent. Cinitates autem quatuor
& sexaginta Corn. Tacitus numerat lib. 3. hoc est, ut
ex Cæsare intelligitur, Regiones, quæ non modò lin-
gua, moribus, & institutis, verum etiã ipsam magi-
stratibus utebatur: quales ipse multis locis Aduo-
rum, Arvernorum, & Rhemorum ciuitates præci-
pue commemorat. Itaque cum Æduum Dumnorix-
gem Cæsar interficiendum curaret, resistere, inquit,
ac se manu defendere, suorumque fidem implorare
cepit: saepe clamitans, liberum se, libertæque ciuita-
tis esse, libro quinto, cap. 3. Quapropter in eandem
sententiam Strabo lib. 4. ita scribit: αὐτὸς ἐκείνου
ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ὅτι ὁ πολίτης ἦν δ' ἡγεμονία τοῦ
πατρὸς ἐκείνου τὸ πάλαιον καὶ ὁ αὐτὸς ἐκείνου ἐκείνου
τοῦ πατρὸς ἀπὸ τῶν ἀρχαίων. Pleraque, inquit,

A ciuitates Optimatū consilijs regebantur vnū: au-
tem magistratū olim quotiens deligebant: sicut &
ad bellum gerendum vnus à populo imperator crea-
batur. Eodem pertinet quod Cæsar lib. 6. cap. 4. his
scribit verbis: Quæ ciuitates commodius suam
Rem administrare existimantur, habent legibus
sanctum, si quis quid de Reipub. à finitimis ru-
more aut fama acceperit, ut ad Magistratum defe-
rat, neve cum quo alio communiceet: Magistratus
quæ visæ sunt, occultant: quæque esse ex vni iudi-
cauerint, multitudini produnt. De Rep. nisi per
concilium loqui non conceditur. De communi ve-
rò totius Gentis concilio pauca hæc ex Cæsare te-
stimonis proferemus. Perierunt, (inquit, lib. 1.
c. 12.) vti tibi concilium totius Galliæ in diem cer-
tam indicere, idq; Cæsaris voluntate facere liceret.
Item lib. 7. c. 12. Totius Galliæ concilium Bibrache
indicitur, eodem conveniunt vndique frequentes
multitudines. Et lib. 6. cap. 1. Cæsar concilio Galliæ
primo vete (ut instituerat) indicto cū reliqui præter
Senones, Carnutes, Treuirōsque venissent, concilium
Lutetiam Parisiorum transfert. Et lib. 7. cap. 6. Quæ
ab reliquis Galliæ ciuitates dissensiebant, has sua
diligentia (de Vercingetorige loquitur) adiun-
cturum, atque vnum concilium totius Galliæ esse-
cturum, cui concilio ne orbis quidem terrarum
possit obistere, iam verò de regibus, qui ciuitatib.
quibusdam præerant, loca sunt apud eundem au-
ctorem prope innumera: ex quib. illud memoria di-
gnum intelligitur, moris fuisse Romanis, ut quod
D Regulos ad suas rationes accommodatos, id est, ad
res nouas, conturbatasque ciuitates & inimicitias
cum alijs exercebas idoneos indicabant, eos sibi a-
micitia & societate adiungerent: summique ho-
noris ac beneficij loco, socios atq; amicos suos ho-
nificentissimis de ceteris appellaret: eumque ver-
borum honorem reges ceteri complures magnis
largitionib. à ciuitatis Romanæ principibus cõpa-
rauant Reges autem vel Regulos potius, Galli eos
numinabant, qui non ad tempus, ut ciuitatum ma-
E gistratus: sed in perpetuum, regionum imperium
quantumvis exiguis finibus obtinebant: quos im-